acceptos et in domum suam importatas nec non aliam similem summam Quinquaginta florenorum polonicorum ratione certi veri iusti et liquidi dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum obligatoriorum, Mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniarum, nec non auri argenti clenodiorum Unionum Margaretarum Vestium Vestimentorum, Stanni aeris, cupri orichalci pecorum pecudum equorum Equitiarum, ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae et inpost habendarum, dedit, dotauit dotalitiauit, Inscripsit et reformauit, prout dat, dotat, dotalitiat inscribit, et reformat praesentibus, per ipsam Nobilem Fennam Popielowka, sui Recognoscentis Consortem legitimam, et ipsius posteros, eandem Medietatem bonorum suorum generaliter omnium, cum Universis ipsis Utilitatibus et Usufructibus competentiaque et praerogatiua quauis tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice usufruendi, ac ad Usus suos et suorum successorum quosuis beneplacitos, libere et effectualiter conuertendi, vigore ac more aliarum Reformationum, hactenus et diutius in Regno Poloniae obseruari solitarum.

Feria Quarta post Festum Sanctae Annae Matris Deiparae Virginis Mariae proxima, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo primo. 29/VII

Ustrzÿcki Iudex T: Sanocen: Kobÿlnickie Condes Quietat. 193

Comparens personaliter Coram officio et Actis Praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Mathias Stanislaus de Unichow Ustrzycki Iudex Terrae Sanocensis sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali

Premyslien. Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus bonisq suis gnlr omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subyciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Gnosos Albertum Kobylnicki et Catherinam Janowska Coniuges legitimos eorumq posteros de Summa Trium Millium Septingentorum florenorum polon. sibi recognoscenti per eosdem suprascriptos Gnosos Kobylnickie Coniuges modo simplicis debiti inscripta in et super bonis suis proprys et haereditarys coram Actis Officij praesentis ad solvendum assecurata tum et de eadem ipsa Inscriptione debitorea Castrensi Premysliensi ob plenariam et sufficientem satisfactionem summaeq supra scriptae realem et effectivam persolutionem quietat emittit dimittit liberosq et absolutos perpetuo pronunciat Inscriptionem eandem debitoream in toto et per omnia cassat mortificat et annihilat praesentibus sibi suisq posteris ratione praemissorum perpetuum impo nendo silentium.

Capne Sanocen et Notarii Terris Premyslien Roborant cum Statuitione:

793 Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premyslien. Magnificus Georgius Vandalinus de Magna Konczyce Mniszek Sanocen. Szczerzecen. Debovecensis Capitaneus ab una et Generosus Petrus Paulus a Buzenin Mniszek Notarius Terrestris Premyslien. parte ab altera Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis proprys et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitan. Premyslien. Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet secum successoribus bonisq suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subyciendo palam libere ac per expressum recognoverunt. et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi